



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Jesu Christi

Avancini, Niccolò

Coloniae Agrippinae, 1689

Epiphania. Christi Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59970](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59970)

EPIPHANIA.
DIE VII. JANUARII
De Magorum ad vocationem co-
peratione.

1. **V**idimus: Marth. 2. Non soli tres, fortè alii omnes in eadem regione derunt stellam: soli tamen tres eam sequuntur. Verè multi sunt vocati, pauci videntur. Quot stellas Divinarum inspirationis tibi misit Deus! quam paucas es secundus. Dole, time, ora plures, & stude vocationem tuam certam facere per bona opera.

2. **V**idimus: venimus. Ut viderent, dedit; quod venerint de suo addiderunt. Frustra est gratia, ubi non est cooperatio. Vide ne gratia Dei in te vacua sit. Nullus neglige, quia forte quævis est ultima.

3. **V**idimus: venimus. Inter videre etiam, & venire nihil interponitur: stat enim vocantibus Deo obediverunt, non retinuerunt tam multorum exemplo, quos cura misericordia affectus propinquorum, propria commoda retinebant. Disce non differre dilumen habes. Rumpere vincula terrenorum affectuum,



DIE VIII. JANUARII.
De egressu ex Patria, & itinere Ma-

gorum.

Vidimus : venimus Matth. 2. Non ignorant itinerum molestias, terræ, & aëris injurias: fortè & plura sibi præfigunt animo, & tamen iter aggrediuntur. Magna generositas! Hæc volentibus ad Deum ire semper est necessaria. Hoc enim iter molestiis non caret. Confortare ergo, & esto robustus, ac generosas capere resolutiones Deo confisus

2. *Vidimus: venimus.* Iter ineunt quia vocati, quo? ignorant. generosè, & intrepidè se Divinæ committunt vocationi. Fiducia illa stellam ducem meritâ est. Quam sæpè times aliquid aggredi, quia evetum nescis. Ubi credis Deum velle, resolve te, fides qui dedit velle, dabit & perficere

3. *Vidimus* Considera quis per iter fuerit eorum sensus, habito semper præ oculis stellæ miraculo? quæ Deo gratiæ? quæ in adversis patientia? quod Christi desiderium? quæ cum inveniendi cura? Confundere, quod cum tot luminibus tam parvum habeas desiderium Christi, & inveniendi curam. Gratiæ age pro luminibus, ora plura, & efficacia, sequi statue,

DIE